Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



145 Cap. 32.

que adse pertinebant, remansit solus & ecce uir
luctabatur cum eo usque mane & rtq usque quo
ait nequaquam inquit iacob appellabitur nomen
tuum sed israel. Quomodo ergo iacob abeo postulat
benedici cui luctando praeualuit? Magna est
haec de xpo prophetia. Duplex enim hic iacob
intellegitur. id est carnalis & spiritalis. Pualuit
enim iacob xpo, ut potuit praeualere uirtus est.
peos enim israhelitas, aquibus crucifixus xpus
& abeo benedicitur in eis israhelitis, qui credi
derunt in xpum, & quibus erat, qui dicebat.
Nam & ego israhelita sum ex genere abraham
de tribu beniamin, unus ergo atque idem iacob
& claudus, & benedictus, claudus in latitudine
femoris tamquam in mutatitudine generis.
De quibus dictum est & claudicauerunt à semitis
suis. benedictus autem in eis, de quibus dictum est
reliquiae per electionem gratiae salue factae.
Quae est causa in mutati nominis iacob, ut israel
uocaretur? uaria huius nominis interpre
tatio estimatur. Sed beatus hieronimus talem
dedit interpretatione dixit; Sensus itaque
hic est non uocabitur nomen tuum sub plantator